continuis lachrimarum rivis culpam est con=
fessus, maculamque calida abstersit ac destitit.
Pro Superum, hominumque fidem, quantus ac mor=
talium numerus inter blasphemiarum foeditates
fulmine percussus, aut alio mortis sed male
fortis genere suffocatus misere occubuit? Heu
quot infernalis cerberus post deterrima men=
dacia ad inferos diripuit, quot inter sacri
legos actores secum ad aeternarum barathrum flam=
marum deturbavit? quot inter periuria,
fallacesque assertiones, turpiloquia, irrisiones
ad tartareas detrusit cavernas, quorum mor=
tis, et tam male fortis unica causa extitit
Lingua. Quae omnia, nisi brevitati (sicut par est)
studerem verissimis tum veteribus, tum recen=
tioribus ~~mox~~ probarem exemplis, omissis itaque
aptissime huc, quod Horatius accanit Epistola
ad Maecenatem: Ludus enim genuit trepidum
certamen et ira, Ira truces inimicitias et fu=
nere bellum. Sic ego iustius dixerim: Lin=
gua loquax genuit trepidum certamen, et iras,
Lingua truces inimicitias, et funere bella.

nam.